





1754  
J. J. A.  
1710, 176  
19

DISSERTATIONEM JVRIDICAM INAVGVRALEM  
DE  
**ARBITRIO JVDICIS CIRCA  
TOR TVRAM.**

SACRO REGIMINE ACADEMICO  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DN. GVILIELMI HENRICI,**  
DVCIS SAXONIAE, JULIACI, CLIVIAE, AC MONTIVM, AN-  
GARIAE ET VVESTPHALIAE, &c.  
EX DECRETO ILLVST. JVRIS CONSVL TORVM ORDINIS  
IN ALMA SALANA  
ET SVB PRÆSIDIO

**DN. CHRISTIANI WILDVOGELII**  
JCTI CONSUMMATISSIMI  
DVCI SAXO-ISENACensi A CONSILVIS INTIMIS,  
CVRIÆ PROVINC. NEC NON FACVLT. JVRID. ET SCABIN.  
ASSESSORIS GRAVISSIMI,  
PANDECTARVM ET NOVELLARVM, ITEM QVE JVRIS PVBL.  
ET FEVD. PROFESS. CELEBERRIMI,  
PATRONI ET PROMOTORIS SVBMSSE DEVENRANDI

**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ADIPISCENDI  
PVBLICO ERVITORVM ARBITRIO

d. 3. Septembr. Ao. CHRISTI M D CC X.

SVBMITTIT

**JOHANN. JACOB. ARNOLD.**  
ADVOCATVS DRESDENSIS.

---

IENÆ, Typis JO. ADOLPH. MULLERI.





**D** Rudens certe monitum est Eleutherii Papæ in *can. Judicantem.*  
*ii. caus. 30. q. 5.* quod Judex omnibus modis sollicitus esse & omnia rimari debeat, quomodo veritatem delictorum eruat, & juste poenam sumat; cui fini in criminalibus letiāt applicatur Tortura, utpote quæ ad eruendam veritatem adhiberi solet, per *L. 1. pr. ff. de quest.* Cum autem illa res sit fragilis & periculosa, nihilominus tamen magni momenti, cautum omnino & circumspectum in ea Ju-dex se gerere debet, sc. ut eam non adhibeat, quam Accusator postularat, sed ut moderata rationis dictamina desiderant. Qua de causa multum relictum est *Judicis Arbitrio*, uti Ulpianus in *L. 7. ff. de quest.* scribit. In quibus autem *Judicis Arbitrium* locum habeat vel non, vel quousque illud circa eam extendi possit, pauca paucis hisce paginis exhibentur.

Ut igitur via ordinis procedamus, ante omnia certa constituiimus capita, in quorum primo agemus

A 2. *de*

de Verborum Etymologia & Synonymia: in secundo de Definitione & Divisione: in tertio de Arbitrio Judicis circa torturam jam dictatam, sed nondum adhibitam: in quarto, de Arbitrio Judicis circa Gradus torturæ: in quinto de Arbitrio ejusdem circa locum torturæ: in sexto de Arbitrio Judicis circa torturam quoad tempus: in septimo de Arbitrio Judicis circa personas quæstioni subjiciendas vel subjectas: in octavo de Arbitrio Judicis circa confessionem Rei in tortura & confessionis annotationem: in nono de Arbitrio Judicis circa appellationem & defensionem à Reo tempore torturæ interpositam & peitam.

## CAP. I.

## §. I.



Via autem absonum plane & indecorum foret, rem determinare prius velle, quam terminos intelligere, Francisc. Mant. de Conject. ult. Volunt. libr. 1. tit. 1. & verborum neglectus pariat in certitudinem. Oldend. Clasf. 4. act. mandat. de verborum significatione prima nobis erit cura.

§. II. Multiplicem autem significationem verbi ARBITRIVM esse, scribit Joh. Baptista Perusinus in Tract. de Arbitris libr. 1. c. 6. Modo enim pro ipso judicio ordinario, per L. 80. ff. pro socio, modo pro facultate adimplendi conditionem, in L. 1. §. 8. ff. de suis & legit. hered. modo pro boni viri senten-

¶ (5) §

sententia, in L. 7. ff. de contr. empt. accipitur. Hic autem sumitur pro judicio & intellectu, quo judex in causa criminali procedit, adhibendo vel duriorem vel leviorem torturam, admonente Const. Carolin. art. 38. Alias etiam dicitur Religio, in L. 13. ff. de testib.

§. III. Vox autem JUDICIS denotat eum iudicem, qui vir bonus, juris dicendi & æquitatis stantiae peritus, ad id munera publica auctoritate vocatus, ut ex sententia Justiniani definitur a Barthol. Carthagena ad tit. X. de offic. Jud. Obs. 2. & qui merum habet imperium, vel, ut loqui solent, jurisdictionem criminalis, die Ober Halsz oder Peinliche Gerichte, per tradita Carpz. p. 3. quæst. Crim. 117. n. 19. siquidem quæstio seu tortura nihil aliud est, quam causarum criminalium accessio, per L. 8. ff. de quest. qui autem de principali cognoscit causa, recte etiam cognoscit de accessione vel necessario accidente, L. 138. de R. J.

§. IV. Vox CIRCA est Præpositio, & idem denotat, quod circum, Turfelinus de Partic. Latin. ling. c. 34. atque usurpatur interdum pro voce DE v. g. intellexi, per gratiam tibi esse sententiam meam & animum meum CIRCA valetudinis tuae curam, ut scribit Cicer. libr. 9. Epist. 5. Et pro re nata refertur ad locum, ut Cicer. contr. Rull. Cum Rullus Capuam & Urbes circa Capuam occupavit, it. ad personam: Multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circasæ haberet. Idem libr. 3, interdum ad rem ipsam, ut hic.

A 3

§. V.

§. V. Verbum TORTVRA originem habet à torquendo, quod proprio vorticu[m] esse scribit Salmasius in notis ad Tertullum de Pallio pag. 153. fin. Et denotat idem ac cruciare tormentis reūm ad eruendam veritatem. Tabor. de Tortur. § Indic. delict. cap. 5. n. 5. Dicitur germanice Marter. Conf. Crim. art. 46. & alias appellatur germanice quæstio, die Peinliche Frage. Carpz. Pr. Crim. q. 117. n. 18. Sic & Tranquil. Ambros. de Proc. Informat. lib. 4. c. 1. in rubr. appellat Examen rigoresum,

## CAP. II.

## §. I.

**D**efiniri autem potest Tortura, quod sit actus, quo reus de crimine admisso interrogatur, & pro qualitate delicti & indiciorum ad confitendam veritatem, certis tormentorum generibus a carnifice cruciatur.

§. II. Quotuplex autem tortura sit, & quot Gradus ejusdem sint, varie variant Doctores. Alii duos, alii tres, alii quatuor, alii quinque statuunt. Vid. Heinric. Bocer. de quest. cap. 5. n. 24. Jul. Clar. q. 64. §. ult. n. 31. Räyser in Prax. Crim. cap. 9. §. 6. Matth. Steph. ad Conf. Crim. art. 58. n. 3. ut hinc in hujusmodi conflictu opinionum electio commissa videatur arbitrio judicis, qui estimare debet, quæ opinio usu ac consuetudine in foro sit recepta, ita ut etiam probabiliore neglecta probabilem eligere possit.

AS (7) 52

posit. Alvarez. de Velasco in *Jud. Perf. rubr.* 15.  
*Annot. 1. n. 52.*

§. III. Quoniam autem hic nobis sermo est  
de judice, qui in provinciis, in primis ditionibus ele-  
ctoralibus Saxonici vivit, quive secundum sanctiones  
istarum provinciarum arbitrari debet, facili ne-  
gocio res expedita, si sequimur Saxonicum interpre-  
tem, Dn. Carpz. *Pr. Crim. p. 3. q. 117.* qui duo gene-  
ra, tres autem gradus ejusdem statuit, & dicit, quod  
alterum genus sit territio, alterum ipsa Tortura.  
Porro quod territio sit duplex, verbalis & realis; Il-  
la, si carnifex verbis & gestibus severioribus ad tor-  
quendum consuetis irruat in inquisitum, non aliter,  
ac si ipsum prehendere & torquere velit, absque ta-  
men apprehensione & tactu, eumque interrogat: quæ  
territio hisce verbis indicari solet: *Er wohl besugt;*  
*Inquisiten dem Scharffrichter vorzustellen und durch den-*  
*selben, als solte und wolte er ihn angreissen, jedoch un-*  
*angegriffen befragen zu lassen ic.* Hæc autem, seu realis  
ubi carnifex præter minas manus quoque injicit, reuni-  
vestibus denudat, ad scalam ducit, instrumenta, qui-  
bus peragitur tortura, in conspectum ipsius ponit, for-  
cipes digitorum affigit, & iisdem pollices inquisiti  
comprimit, quæ territio hisce formalibus dictari so-  
let: *Man wohl besugt, Inquisiten dem Scharffrichter*  
*auf diese Maasse zu untergeben, dass er ihn mag aus-*  
*ziehen, entblössen / zur Leiter führen, die zur Pein-*  
*lichkeit gehörigen Instrumenta vorzeigen, die Daumenn,*  
*Stocke anlegen und darmit zuschrauben, jedoch dass es*  
*bey dem, wie jetzt gedacht, verbleibe.* Sed quossum re-  
fertur

fertur, si polletrum cum preparatoriis atque præludiis tormentorum leviusculis in sententia dictatur & territioni reali adjicitur clausula j und wo dieses nicht fruchtet, mit denen Schnuren den Anfang zu machen? Carpzovius reali territori accensere non dubitavit in Pr. Crim. p. 3. q. 117. n. 54. Manzius autem ad art. 58. Conf. Cardin. n. 21. it. quest. Palat. 88. n. 7. 8. 12. speciem torturæ id esse asserit, ex ratione, quod corpus ipsum afficiat, & vel sanguinis profusionem vel suffocationem plerumque annexam habeat. Verum, cum manus non adeo arcte constringantur, sed eas paululum ligare incipiat carnifex, ut inde tam ingentes dolores sentire reus non possit, ac si funiculi artissime constringuntur, & ita nulla profusio sanguinis oriatur, omnino hic modus ab ipsa tortura proprie sic dicta differt, cum aliud sit, genus aliquod tormentorum in totum adhibere, aliud autem, cum illo tentare tantum & periculum facere, an veritas elici possit, ut ita reus, utpote qui nescit, quounque progrediendum sit, terreatur, nam etiam perduclio ad scalam, vestium detractio & ligatura dicitur levis terror, nisi ligatura sit atrox. Jul. Clar. libr. 1. §. fin. q. 64. n. 32.

§. IV. Alterum genus est ipsa tortura, cuius tres sunt gradus, & primus quidem, quando non tantum forcipes manibus rei affiguntur, sed etiam adhibitis funiculis juncturæ manuum artissime usque ad ossa constringuntur. Carpz. d.l. q. 117. n. 60. quem gradum collegia juridica hisce formalibus dictare solent: Dass, wann Inquisit sein Bekanntniß in Gütherrichtig

richtig nicht thun will, ihr wohl besugt, ihn dem Scharfrichter auf diese Maasse zu untergeben, daß er ihn mag ausziehen, entblößen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörigen Instrumenta vorzeigen, die Daumen-Stöcke anlegen und darmit zuschrauben, auch da dieses nicht fruchtet, mit denen Banden zuschnüren.

§. V. Secundus gradus dicitur, quando rei non tantum polletro seu forcipibus & funiculis, sed præterea etiam instrumentis per intervalla excavatis, Spanischen Stiefeln, tibiis, præsertim parte ejus priorre, quæ vocatur crus, compressis aut strigillatis, cruciantur, scalæ imponuntur, & violenta quadam expansione seu extensione omnium membrorum, articuli disinguuntur. Laud. Dn. Carpz. *ibid. n. 62.* & Zanger. *in Tract. de Tort. cap. 4. n. 10.* qui gradus a Di- casteriis Saxoniciis his verbis pronunciatur: Man wohl besugt ihn (den Inquisitum) mit der Schärfe ziemlicher weise angriffen und befragen zu lassen. Notanter inseruntur verba: ziemlicher maßen, siquidem ex his ipsis secundus gradus dignoscitur: si autem verba haec sunt in sententia omissa, & simpliciter judicatum, mit der Schärfe den Gefangenen anzugreissen, tunc tertius & summus gradus adjudicatus est, docente Carpz. *in Pr. Crim. p. 3. q. 117. n. 64.*

§. VI. Tertius igitur & summus gradus est, quando carnifex ultra jam dicta & enarrata tormentorum genera, atque expansionem rei in scala peractam, severioribus cruciatibus utitur, & vel candardibus laminibus, vel sulphure & igne cutem in certis corporis partibus adurit, aut extremas digitorum

rum partes, immisso infra unguem pineis cu-  
neolis, usque postmodum accensis, adustione lœdit,  
& quæ plura a Carpzovio & Zangero d. l. enar-  
rantur.

S. VII. Arbitrium vero ipsum deficitur, quod  
sit animi sensus, juri, rationi & æquitati consentaneus. Sensus aut hic non sumitur metaphorice &  
impropriè, ut hoc verbo utitur Thomas Campanella in *Tr. de sensu rerum*, ubi non solum animanti-  
bus, sed & plantis & lapidibus, lignis ceterisque re-  
bus aliis sensitatem tribuit: nec ut alias in scho-  
olis Philosophorum exhibetur; sed uti in jure & apud  
Jurisconsultos pro judicio, affectu & sententia usur-  
patur, quorū & referenda est L. 7. de *Contr. Empl.* ut nimis judex in adhibenda tortura ra-  
tionem circumstantiarum, tum quoad perso-  
nas, tum quoad gradus torturæ habeat, omnes  
qualitates exacto sensuum & rationis scrutinio ex-  
aminet, & præprimis in criminalibus ultra sensus ex-  
perientiam non progrediatur. Dn. Stryk. in *tr. de ju-  
re Senſ. in proæmio n. 43.* Verum, cum nihil tam pró-  
clive esse soleat ad devium, quam animus qui  
ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed  
etiam vultum atque nutum convertitur, Tull. de  
*Amicit.* hinc non immerito adjecimus, quod Sensus  
debeat juri, rationi & æquitati esse consentaneus.  
Nam si judex aliter sentit, ac iura permittunt, di-  
citur is more ferino judicare. Menoch. de *Arbitr.*  
*Jud. quest. 7. n. 50. & 51.* Potius igitur ita judicare  
debet, ut lex ipsa, si loqui possit, judicaret, & ita

lex quasi anima judicis sit, judex vero quasi vox legis,  
 ut de judice loquitur Muretus *Orat. 18.* Nec fieri di-  
 citur boni viri arbitrio, quod sine ratione sit; ut  
 egregie respondit Soc. jun. *Conf. 91. n. 13. libr. 3.* atque  
 hinc judex sine ratione nihil faciat; Et si forsitan is  
 argumento a simili defuncto progredi velit, simul  
 circumspicere debet, an adsit eadem ratio, nam si  
 comparata distent genere, natura, vi, magnitudine,  
 loco, tempore, persona & aliis rerum circumstan-  
 tiis, tunc, quia ex separatis, & dissimilibus non rite  
 infertur, per L. ult. de *Calumniis.* Heinricus Rahla-  
 in *Topicis c. 17. p. 150. vers. Jureconsultis.* argumentum  
 non habet locum. Stephan. in *Dialec. juris lib. 2.*  
*Loc. 94. p. 328. n. 6.* Tandem, quia etiam judicis arbi-  
 trio æquitas relictæ est, ut durities legum molliri vel  
 etiam lenitas mutari possit, uti patet ex L. 8. C. de  
*Judic.* omnino judex æquitatem quoque, quæ The-  
 riaca contra venenum dicitur, Menoch. *de Arbitr.*  
*Jud. q. 13. n. 17.* ita spectare debet, ut in re aliena-  
 id agat, quod in re propria actum esse velit. Tira-  
 quell. *de Retracit. Confangu.* §. 45. & rigorem & seve-  
 ritatem leniore interpretamento mitiget. Dr. Ziegler.  
*Tr. de offic. Jud. Concl. 36.* § 34. Non autem indistin-  
 gue & generaliter accipimus æquitatem; siquidem  
 quandoque magna exinde possit nasci iniquitas. Hinc  
 æquitatem extrinsecam, quæ adversa fronte cum jure  
 committitur, & non a verbis solum, sed etiam a sen-  
 tientia scriptæ legis aliena est, non intelligimus, cum  
 hæc judicis inferioris non sit; sed solius Principis  
 potestati reservata. L. 21. § 1. ff. qui & a quib. ma-  
 num.

*L. i. C. de LL.* ita ut ex ipsius potestate legislativa dependeat , rigorem legis æquitati non conveniente emendare, ut dicitur in *L. 9. C. de Leg.* Sed intrinsecam volumus , quæ ex mente legis & facti circumstantiis oritur , & ubi constat , legem plus sensisse ac voluntasse , quam verbis exprimit , rigoremque juris aliis legibus lenioribus adjuta temperat & inflectit . Ziegler. *d. l. n. 35.* cui temperamenti judex in *L. 85. §. 2. ff.* de Reg. Jur. admonetur , ibi : *quoties æquitate desiderii naturalis ratio aut dubitatio juris moratur , justis decretis res temperanda.*

§. VIII. Definitionem Arbitrii excipit divisio , quæ ex antecedentibus se ipsam ostendit , quod nimirum Judicis Arbitrium aliud sit regulatum , aliud absolutum & irregulatum , quæ divisio fundata est in *L. 11. §. 7. ff. de Legat. 3.* Irregularum sive absolutum & plenum dicunt Doctores , quando judex semoto jure , ratione & æquitate proprio ductus affectu , a dolo tamen alieno , quicquid placet , statuit ; Regulatum autem , quod juri , rationi & æquitati est consentaneum , teste Menoch. *d. A. f. Q. g. 6. n. 2. & 3.* Hoc cum in bonum virum non cadat , nec nos de eo hic agimus ; Illud autem regulatum intelligimus , quod in bono viro residet , qui Canones juris , rationis & æquitatis sequitur . Cravett. *Consil. 190. n. 5.*

CAP.

CAP. III.

§. I.

**H**isce consideratis, progedimur ad Arbitrium Ju-  
dicis circa Torturam in sententia dictatam, sed  
nondum executioni mandatam, ubi quæstio sese of-  
fert: An sententia, in qua reo tortura dictatur, ipsi  
ante executionem sit publicanda? Distinguendum hic  
est, inter processum ordinarium & accusatorium, &  
inter inquisitorium, ita, ut, quamvis in illo publicatio  
fieri possit, in hoc tamen negetur a Dn. Carpz. in  
Proc. tit. 10. art. 1. §. 1. Et quidem non im-  
merito, quia inquisitus tenorem sententiae, & maxi-  
me gradus torturæ dictatæ cognoscens, eo magis se  
præparare potest ad patientiam, sive ad duritatem  
tormentorum sufferendam, ut ea postea contemnat  
& veritas nullo modo ab eo elici possit. Ulpian. in L. 1.  
§. 23. ff. de quest. Siquidem experientia hactenus do-  
cuit, quod rei sèpius ex lege quasi societatis ad sus-  
tinentiam torturam se adstrinxerint, & corpus atque ani-  
mum ad tormenta induraverint, ut inquit Paulus in  
L. 18. §. 1. de Quest. Hoc tamen arbitrio judicis de-  
trahendum non est, ut is, suppressis torturæ gradi-  
bus in genere torturam dictatam annunciet reo, ad-  
monendo illum, ut veritatem confiteatur, ne tormen-  
tis illa exprimi debeat. Er solle die Wahrheit in gütthe be-  
kennen, und zu schärfsten Mitteln, solche aus Ihm zu

bringen, nicht Anlaß geben, Er sehe den Ernst, &c. juxta  
artic. 46. Conf. Carol.

§. II. Si igitur reus sponte confiteri nolit, pu-  
tant nonnulli, quod nec tunc judex ad torturam  
convolare, sed potius Sacerdotem, & si fieri possit,  
confessionarium ordinarium requirere debeat, qui rei  
conscientiam excite, & illum ad confitendum com-  
moveat. Sed res hæc procul dubio sine effectu erit:  
Nam si reus delictum, ratione cuius contra ipsum  
inquisitio instituta est, sacerdoti ut confessionario con-  
fiteretur, hic plane confessionem revelare non debet.  
c. 12. X. de Pœnitent. fungitur enim munere divino,  
& quicquid hoc modo seit, non scitut homo, sed ut  
Deus, juxta c. 2. d. 1. Sin autem reus crimen consi-  
tetur, ut sacerdoti & ministro ecclesie, nec hæc confes-  
sio ullum in jure operabitur effectum, non tantum  
propter jam dictam rationem, sed etiam, quia con-  
fessio hæc est extrajudicialis, que in judicio nullum  
facit fidem. Farinac, in tr. de Judic. & tort. libr. 1. t. 5.  
q. 51. n. 96. Nec sufficit, si sacerdos ut testis confessio-  
nem sibi factam referre velit, nam sacerdos hoc in  
casu testis idoneus non est, & nec verbo, nec signo,  
nec alio modo peccatorem prodere vel manifestare  
potest. Mafcard, de Prob. Concl. 377. n. 5. adeo, ut, li-  
cet reus coram alio sacerdore quid confiteretur, &  
hic Sacerdos posterior confessionem istam vicissim  
manifestaret, ne hoc tamen dictum quicquam probaret,  
quia hi duo sacerdotes non sunt contestes, sed nulli.  
Gomez. Var. Resol. tom. 3. c. 13. de tortur. Reorum n. 9.  
in fin. ut hinc opera perdita, sumptus inanes & pro-  
cessus

cessus inquisitorius habeatur protractus, cum tamen  
hic omni modo promovendus, illi etiam, quantum  
possibile, evitandi sint.

S. III. Et quamvis judicis intentio eo tantum  
directa sit, ut sacerdos reum ad confitendum hoc  
modo disponat, illa tamen quoque fine suo frustra-  
bitur; siquidem haec dispositio aliter fieri non potest,  
quam minitando torturam instantem, cui, si fateri  
nolit, inquisitus subjici debeat: vel urgendo legem  
divinam & humanam, nec non poenam, quæ peccato-  
res non penitentes, & in reatu perseverantes ma-  
ner, vel alio modo metum incutiendo, ut hinc ju-  
dex, quamvis reus postea in judicio delictum con-  
fiteatur, certus non sit, an confessio sit libera, an  
potius metu tormentorum, diuturnioris carceris, aut  
spe venia vel impunitatis proveniat. Nec obstat,  
quod probationes judicii sint arbitrariae; siquidem  
hoc axioma procedit, si modo Arbitrium Judicis le-  
gum praescripto, tanquam Ariadne filo, dirigatur,  
Pruckmann. Vol. I. Consil. 10. n. 163. Hoc autem casti,  
si judex confessioni per sacerdotem a reo elicita fidem  
habere, eamque pro libera statim ac spontanea affi-  
mare velit, a legum praescripto nimium deviare vi-  
detur, (1.) quia in constitutione Carolina de hoc  
procedendi modo nihil disponitur, (2.) quia non  
omnis confessio dicitur spontanea. Carpz. Pr. Crim.  
9. 15. n. 31. (3.) quia spontanea non est, ad quam reus  
per sacerdotem blandis verbis, vel comminatione,  
torturæ instantis, diuturnioris carceris, aut etiam  
spe impunitatis proposita inducitur, siquidem sine  
hujus-

hujusmodi mediis vix ac ne vix quidem reus flecti poterit. Berlich. *P. 4. Concl. 4. n. 68. 69. 72. & 76.* (4) quia in Constitutione Carolina *artic. 46.* expresse san-  
ctum, ut judex ipse reum ante executionem tortu-  
ræ ad spontaneam confessionem hortari eumve iis  
potissimum verbis, quibus ad confessionem perduci  
queat, interrogare debeat. Igitur (5.) is alteri vi-  
ces suas delegare non potest, quia causæ criminales  
non sunt delegabiles. *L. 1. pr. ff. de offic. ejus, cui mand.*  
*jurisd. L. 6. ff. de offic. Proconsul, & Leg. Joh. Tornet.*  
*in Codice Henriciano libr. 7. tit. 6. L. 24. p. 215.* ubi re-  
fertur constitutio Francisci I. Galliæ Regis, exigens,  
ut omnis processus criminalis peragatur per judices,  
aut eorum Vicarios & Assessores, non per procurato-  
res, aut advocates regios, nec per Actuarios iudicij,  
aut eorum scribas vel commissarios, imo nec in inter-  
rogatoriis, repetitionibus testimoniis, confrontationi-  
bus aut aliis actibus processus criminalis delegatio-  
fiat. Multa etiam (6.) observanda sunt judici circa-  
personam examinandam, veluti mutatio vultus in-  
pallorem & ruborem, titubatio & inconstans ser-  
monis, trepidatio & alia hujusmodi signa, quæ fa-  
cberos, utpote exactam juris cognitionem non ha-  
bens, nec attendit nec scrutatur. Et (7.) hoc inde-  
venit, quod si sacerdos rationibus suis & remonstra-  
tionibus nihil efficiat, atque sic judex de aliis modis  
sollicitus esse cogatur, quomodo veritatem eruat,  
veluti id facere tenetur, *L. 9. C. de questi.* demum ad  
torturam procedendum sit, reus sic duplici cruciatu-  
tam in conscientia, quam in corpore afficiatur.

§. IV.

§. IV. His tamen dictis neutiquam deroga-re volumus iis, quæ forte a Principe in suo territorio hac de re sunt statuta, cum non ignoremus, Constitutionem Carolinam specialibus statutis, consuetudinibus ac privilegiis immutari posse.

§. V. Hoc tamen arbitrium judici conceditur, ut, si animadverrat, reum in sacris & in primis in articulis fidei valde rudem esse, ante executionem torturæ adhibeat sacerdotem, qui istum in pietate & christiana fide probe informet.

§. VI. Facillime etiam contingere potest, ut carnifex ignarus sit literarum, atque verba ipsa sententia, utpote quæ ipsi originaliter ad perlegendum exhibenda sunt, Räyser, ex die Anweisung zum Achts. Proces p. 677. §. 19. non intelligat, multo minus, maxime si territio verbalis cum hæc clausula; quod reus per carnificem ipsum interrogari debeat, dictata sit, interrogatoria legere valeat. Hoc igitur in casu alium substituendum esse, gravitas causæ postulare videtur, cum hic non de stillicidio, ant tigno juncto agatur, sed de negotio famam & vitam hominis concernente. Ziegl. Dicq. Concl. 30. §. 8. Hinc etiam carnifex talis adhiberi debet, in quo nullus defectus peritiae deprehenditur: Magnus autem utique defectus est, si is literas ignorat & ipsem sententia tenorem legere nequit. Verum enim vero, quia nullibi constitutum reperitur, quod carnifex literarum gnarus esse debeat, siquidem Jodocus Damhouder, in Pr. Crim. cap. 153. n. 9. hujus qualitatibus mentionem nullam facit, cum tamen cæ-

teras qualitates omnes, quæ in carnifice requiruntur, enumerat, & sufficiat, si artis suæ peritus & in officio suo gnarus, constans & imperterritus, bonus præterea atque probus sit, Judicis omnino Arbitrio relictum erit, an alium substituere, an vero hunc, qui literas nescit, adhibere velit, quia huic defectui facile occurri potest, si tenor sententiaæ a Judice, vel Actuario ipsi manifestetur & interrogatoria, ad quæ reus respondere debet, successive prælegantur.

## CAP. IV.

## §. I.

**Q**uando igitur reus ad spontaneam confessionem, verbis & admonitionibus se commoveri non patitur, atque ita causa necessitas durius medium ad eruentam veritatem desiderat, neque tamen uno eodemque modo cum omnibus reis indifferenter procedendum est, certos tormentorum gradus, non minus ac genera & modos tormentorum Judge ad informacionem sui Arbitrii circa Torturam exequandam, nosse & observare debet. Garpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 117 n. 42. Hinc ipsi non licet carnifici concedere, ut certam portionem, quæ eis Hexen-Tranç appellari solet, & cuius ingredientia recenset Dn. Dietther. in add. ad Besold. sub Voc. Hexen. p. 380. sagis, antequam tormentis subjiciantur, exhauriendam porrigit, quia id superstitionem sapit, sed potius ordinariis mediis

mediis veritas est exploranda. Brunneum. Proc. Inquis.  
cap. 8. membr. 5. n. 69. in fin.

§. II. Neque immerito ordinariis mediis veritas exploranda venit. Nam quantvis multa dentur tormentorum genera, quæ Jodoc. Damhouder. in Pr. Crim. c. 37. n. 18. enumerat: nihilominus tamen judex ab iis abstinet, quæ non sunt usitata, nec a dicastris approbata, nec a lege confirmata; Neque igitur novum genus addere, neque loco usitati aliud minus usitatum, nec in foro receptum substituere poterit, sed judices, qui talia faciunt, potius carnificibus, quam judicibus sunt comparandi. Jul. Clari. libri 5. §. ult. q. 64. n. 36. Memorabile exemplum de executori justitiae, quem vulgariter carnificem appellant, refert Laur. Arnold. Frey. in Tract. de Judic. Inquisit. c. 2. & 3. atque veram & sibi optime cognitam historiam ita describit: In celebri quadam urbe fuit executor capitalis sententiae, qui ob illud ipsum, quod exquisitoribus tormentis reos, qui ab aliis, tanquam imperitoribus, ad confessionem cogi aut perduci non potuerunt, eo adigeret, clarus fuit, ejus pectus, praesertim autem circa cor, rubeis maculis tinctum, non secus ac si humano sanguine perfusum esset, conspiciebatur. Inquirenti autem ejus loci Archiatro & medico primario causam istius rei, respondit quodammodo moribundus, se quidem ex ista tinctura vel suffusione crux exterius nullum sentire dolorem, nec scire causam istius: putare tamen esse aliquam. Judicatum tum est a viris sapientibus, quod iste Tortor multos innocenter tormento-

rum vi & continuatione ad confessionem delictorum, & scelerum ab ipsis uunquam perpetratorum adegredit, & ita, licet innoxios, injusto suppicio afficerit, hancque sui reatus justissimo Dei judicio notam, cumqua etiam sepultus est, acceperit. Caveant hinc omnibus modis judices, ne & libi hujusmodi notam, utendo aliquo tormentorum genere, quod non receptum est, in exequenda tortura contrahant.

§. III. Ampliatur jam dicta doctrina, ut iudex etiam usitatum genus adhibere non possit, si illud ad torturæ gradum, qui in sententia dictatus est, non pertineat. Nam quamvis Treutlerus *Vol. 1. Diff. 1. §. 7.* autoritatem doctorum probabilem tantum, nec tamen necessariam esse dicat, & Sigism. Scaccia. *de sent. Gloff. 14. q. 24. n. 10.* velit, quod fides Doctori, quantæcumque sit authoritatis, nec possit nec debeat haberi; id tamen sine ullo textu & sine ratione juris dicitur, Sigism. Finckelthus. *de Jur. Patron. cap. 5. n. 28.* nam si opinio unius etiam Doctoris firmis rationibus susita, in judicando prævalet, & juvat interdum decisionem allegare in terminis, Jacob Alemannus *Consul. 8. q. 2. fol. 742.* Johann. a Sande. *in Praef. ad decis. Frif.* quando magis sequenda erit sententia totius collegii juridici, in quod recipi solent viri juris consultissimi, pro quibus stat præsumptio, quod omnia & universa accurata mentis trutina ponderaverint. Accedit & textus in *Conf. Carol. art. 28.* ubi judices peritores super hac re consulere obstrin-guntur, quin & causas criminales collegio prudentum ad maturam deliberationem committi debere, quin-

qua-

*quagies septies* in ordinatione jam laudata inculcatur,  
uti notat L. B. de Lyncker, *in anal. ad Struv. Synt. JC.*  
*lb. 49. tit. 19. pag. 515.* Quod in foro Saxonico minus  
dubii habet, propter rescriptum illustrissimi Ele-  
ctoris *Anno 1579.* Dn. Scabinis Lipsiensibus insinuatum,  
nec non Ordinat. Politic. *de Anno 1612. sub tit. von*  
*Jusitien. Sachen. n. 5.*

§. IV. Veruntamen, cum s̄epins ratione cau-  
ſarum, personarum, locorum & temporum diversitas  
eveniat, & mutatis personis s̄apenumero sententiaz  
ipſe mutentur. Dn. Ziegli. *Decif. Concl. 36. §. 24.* Do-  
ctorum hujusmodi responsa pro talibus, a quibus  
discedere nullo modo liceat, instar legis venditari  
nequeunt. vid. Camill. Borell. *Decif. libr. 2. tit. 30.*  
*n. 366.* Hinc etiam judex, si rei torquendi, vel  
etiam tortura jam suppositi malitiam & pertinaciam  
animadvertat, moveri potest, ut unum vel alterum  
genus extendat, v. g. Si sententia lata forceps con-  
tingat, ipſis non tantum pollices more alias consue-  
to, sed & pro ratione circumstantiarum & persona-  
rum, insuper maximi quoque pedum digitii illis com-  
primi posse puto, propter iexum in *Artic. 58. Conf.*  
*Carol. ibi:* Die Peinl. Frage soll nach Gelegenheit des  
Argwohns viel, oft oder wenig, hart oder linder, nach  
Ermeßung eines guten vernünftigen Richters fürge-  
nommen werden. Quibus verbis Judicis Arbitrio ac  
discretioni commititur quanta tormenta ad eruen-  
dam veritatem sint adhibenda, vid. Dn. Carpzov.  
*p. 3. q. 117. n. 25.* Sic etiam judici permisum erit,  
ſidiculas ita extendere, ut, quamvis alias junctioræ

manum funiculis tantum constringantur; nihilominus malitia reorum apparente & aliis circumstantibus urgentibus, fidiculas istas in superiore parte unius vel amborum brachiorum per carnificem applicari poterunt, maxime si reus jam antea funiculos perpessus & obduratio carnis fuerit subsecuta, quemadmodum Dn. Scabini Lipsienses in inquisitione contra nonnullos fures famulos, ob furtum in ædibus Beichlingianis Dresæ commissum instituta, Prætori Dresdeni, mensæ Aug. 1703. hisce verbis responderunt: Daraus so viel zu besfinden, daß bey Vollstreckung die obgedachten Wittdorffern und Illmern zuerkandten Tortur in Ansehung der starken wieder sie streitenden Indicien und ihrer Hartneiglichkeit, auch anderer mit einlauffenden Umständen, die Bände über den Elbogen, iedoch mit solcher Behutsamkeit, daß ihnen daraus an ihrem Leben und Gesundheit kein Schade entstehet, wohlzugebrauchen, und sie auf solche maafte an denen Armen oben herunter zu schnüren. Prudenter tamen agit judex, si desuper vel a Principe vel a JCtis petat informationem.

S. V. Sicutiigitur judici non convenit genus tormentorum adhibere, quod usu non receptum; ita etiam ipsi non concessum est, aliquod illorum omittere, ne ipsius arbitrium fiat irregulatum. Hinc queritur; an judici liceat in secundo & tertio gradu forcipes, die Daumen-Stöcke, omittere, & ut tortor statim a funiculis incipiat, præcipere? Affirmativa vindetur probari Zangero, in Tr. de Tort. cap. 5. n. 10. ubi dicit: Primo solent carnifices subtilioribus & du-

riter

inter contortis funiculis juncturas manuum reis artissime constringere, atque sic nullam plane mentionem facit polletri seu forcipum. Sed negativa verior est, nam quamvis Zanger. d. l. mentionem hujus instrumenti non faciat, illud tamen non excludit, & quod in hoc Doctore deest, ex altero, nimirum Dn. Carpz. p. 3. q. u7. n. 40. erit supplendum. Sicut autem forcipes ad primum gradum torturæ, tanquam pars ejus essentialis, pertinent, iuxta Dn. Carpz. qui d. l. n. 57. expresse dicit, quod carnifex ante ligare funibus non incipiat, quam apponendo forcipem digitorum tentaverit prius, num hoc medio leviori veritatem extorquere possit: ita multo minus a secundo & tertio gradu excludendi erunt forcipes, utpote quia ipsi partem essentialiem primi gradus torturæ constituant, id quod maxime illustrat rescriptum Serenissimi Electoris ad Praefectum circuli Misnensis & alios d. 20. Junii 1696. missum, quod verbotenus hic apnere licebit: Lieber Getreuer. Wir vernehmen, wie daß die in unsern Aembtern auch anderen unserer Lehn-Leuten und Städten, Gerichten bey Vollstreckung der Tortur an denen Delinquenten unterschiedlich gehalten, und an theils Orthen bey dem andern und dritten gradu die Anleg- und Zuschaubung mit denen Daumen-Stöcken gänglich weggelassen werde. Nachdem aber verglichen sich keinesweges gebühret; sondern wann auf den andern oder dritten gradum tortura erkannt, die erstere nicht ausgeschlossen, zu diesen aber die Daumen-Stöcke, als ein wesentlich Stück gehören, und solchem nach vielerwehnte Daumen-Stöcke allerdings mit zu gebraue

gebrauchen und darvon den Anfang zu machen, wir auch dannenhero wollen, daß es künftig hierunter also gehalten werde; So ist hiermit unser Begehrn, du wollest nicht alleine bey dem dir anvertrauten Ambte dich also darnach achten, sondern auch allen andern darein Einbezirkten, so von uns mit Ober-Gerichten beliehen, oder selbige Pachtsweise inne haben, und zwar denen Schriftsaßen und Städten Krafft dieses, daß sie es bey vorkommenden Fällen also und nicht anders halten lassen sollen, permittest eines Patents andruten.

S. VI. Sed quale arbitrium adhibendum est, si reus in una vel altera manu pollice careat, vel in ambabus manibus pollices deficiant? vel etiam digitos sibi amputaverit, ne miles esse cogatur? cuius modi homines Murci appellantur. Illustr. Dn. Stryck. in tract. de Jur. sens. diff. 7. de tact. cap. 4. in fine. Ad proximiores digitos vel etiam ad hallos seu maximos pedum digitos forcipes applicari posse, non dubitandum: (1.) propter textum in art. 58. C.C. ubi judici modus torturae & ejusdem executio simpliciter relinquitur; 2.) quia in casu, quo manus amputanda est, reus autem modo unicam habet, alia poena, nimirum suffigatio, substituitur, Dn. Carpz. P. 1. q. 40. n. 47. & P. 3. q. 129. n. 37. ut scilicet finis obtineatur, adeoque hic etiam aliud membrum adæquatum substitui potest, quo sic ad finem judex pervenire queat: recta enim dicitur actio, qua in adæquatum sibi finem protenditur. Tabor. in tr. de Coll. Jur. Rom. & Hungar. Sect. I. lit. B. 3.) quia poena amputationis membra simpliciter dictata, non expresso membro, quod amputari debet

beat, judicis arbitrio relictum est, membrum eligere, quod velit; & vel delicti vel persona qualitas postulat. Dn. Carpz. P. 3. q. 129. n. 45. Ergo & hic omnino judici, deficientibus pollicibus, ad alios digitos manus aut pedum forcipes assigere permisum, ob identitatem rationis, qua a fine dirigitur: insuper 4.) Reipublica interest, ut delicta manifestentur, quamobrem judex omni modo eo contendat, quo veritatem eruat, can. II. caus. 30. q. 5. & tandem 5.) hujusmodi modum non improbat Canhoud. Pr. Crim. c. 37. n. 20. eumque in civitate Brügensi usitatum esse refert, pedum digitos singulis funes annexere, & his corpus rei longissime extendere.

## CAP. IV.

### §. I.

**A**ccedimus nunc ad arbitrium judicis circa locum, in quo tortura exequenda venit. Desiderant civilis juris scriptores hujusmodi locum, qui subterraneus & occultus, vel ad minimum ita est comparatus, ut alii homines non possunt accurrere, nec audire, quid cum reo in tortura agatur. Jul. Clar. libr. 2. §. fin. q. 64. n. 35. Kayl. in Pr. Crim. cap. 9. §. 18. p. 677. Hinc in multis locis, maxime in bene constitutis Rebuspubl. certae cameræ vel cellulae, Marter-Cannern, ad exercendos hos actus constructæ reperiuntur. Dn. Tabor. in tract. de Confr. Diff. 2. §§. in fin. Refert etiam Ioh. Andr. olim Maurus, in tractatu, quem confusionem sectæ Mahumetanæ vocat, cap. 4. p. 55. Sycophantam docuis-

D

docuis-

dōcuisse: duos angelos, Harad & Marad, in urbis Babylonis spelunca quadam superciliis suspensos torque-  
ti usque ad diem judicii. Sed relinquimus hunc nu-  
gatorem solum in sua spelunca. Illud autem certum  
est, quod, si certa camerae ad hunc actum destinata  
non adsit, in loco etiam supra terram tortura exer-  
cere queat, modo locus sit separatus, ne per ejulatio-  
nem torti aliis molestia creetur, nec ut modo dixi-  
mus, id quod reus in tormentis confessus est, divulge-  
tur. Ex quo illa oritur quæstio: an judici permissum  
sit, etiam malios homines, quos curiosus animus magis  
sollicitat, quam officium illorum postulat, admitte-  
re, ut actum torturæ videant? Quæ quæstio simpli-  
citer affirmanda non est, quia facilime evenire pot-  
est, ut, si reus in tortura delictum fateatur, sive nomen  
& consocios prodat, sive non, complices id citius re-  
sciscant, & sibi fuga consulant. Quod si enim unus  
correorum salvo conductu gaudens, & liber extra-  
vincula obambulans, a complice in tortura magis  
gravetur, annon auffugiet, si tale quid contra se  
confessum esse alterum, experiatur? si id omiserit, in-  
quit Dn. Ziegel, in *Dicast. Concl. 33. §. 6. in fine*, stupi-  
dus esset suæque salutis parum æquus æstimator. Ne-  
que facile credendum est, omnes, qui actui torturæ  
interfuerunt, ex ordine Silentiariorum esse, aut Pompeji  
a Rege Gentio capti exemplum sequi. Per hanc  
igitur divulgationem judicium redderetur elusorium,  
& nocens se subducet judicio; quod omnino præca-  
vendum. Accedit, quod ipse judex, tum ut judicio  
sua constet authoritas, tum ut varia evitentur incom-  
moda

moda; nihil eorum, quæ negotium remorari queant, divulgare possit: per L. 22. C. ut Cornel. de fals. ergo multo minus ansam præbeat, ut per alios id fiat.

§. II. Sed quid sentiendum de advocate & patrone rei, anne hic examini in loco torturæ interesse poterit? Affirmativa videtur fundata (1.) in L. 27. §. 7. ff. ad L. Jul. de Adult. ibi, questioni interesse jubentur reus reave & patroni, & qui crimen detulerit, (2.) in L. 12. ff. de Publ. Jud. ibi: Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum, si omnes in civitate provincia, quam regit, agunt, adhiberi debere. Sed Resp. Leges has ab observantia fori recessisse, & plane non attendi. Alberic. in Rubr. C. de quaest. in fin. & dicit Aug. in dict. L. Custodias ff. de Publ. Jud. quod nec advocate accusatoris neque accusati debeat interesse torturæ, & quod ita hodie generalis consuetudo mundi id observet. Confirmat etiam hoc Tabor de Confront. diff. 3. §. 15. præjudicio Dn. Jætorum Gryphisvald., qui etiam ab examine rei ad articulos inquisitionales advocate remotum habere volunt, nec immerito, quia advocate reo alter non adjungitur, quam ad defendantum, jam vero cum reus sub tortura constitutus & ad interrogatoria examinari debet, defensio, utpote quæ deducio innocentia est ex parte rei, in ipso actu torturæ, ut infra capite ultimo dicetur, non interponitur; sed vel ante torturam, sc. ad avertendam eam, vel post illam, ad impediendam executionem sententiae condemnatoriaæ & ad declinandam pœnam, in tortura vero reus ipse sua persona & suo corpore in-

dicia purgare & innocentiam demonstrare debet. Jul.  
Clar. libr. 5. §. fin. q. 32. n. 16. in med.

§. III. Nec tanien negandum, Judicem unum vel alterum, maxime si clarissimus, spectabilis & in dignitate constitutus est, & præsumptio pro eo militat, quod extra limen in tortura audita non effusat, admittere posse: certum enim est, multos esse homines, viros etiam eminentioris conditionis, & vices judicum sustinentes, qui nunquam viderunt actum torturæ, ut hinc reipubl. interficit, illis aditum concedere, quo de instituenda torturæ se informare, & casu eveniente, æquo libramine animoque sedato quæstiones instituere, imo & carnificis affectus, qui sapientes postea necessum habeant, in sententia imperitiam judicium simul atque excessus animadvertere, ut factum in causa concredite, sed postea perfide subversæ pecunia, Samuel Fritzschen, tunc temporis militem concernente, ubi Dn. Joh. Wittebergenses ad judicem militarem, qui actui torturæ procul dubio nunquam interfuerat, ita Mens. Aug. 1678. responderunt: Dennoch aber und dieweil bey der execution des in act. fol. 157. beständlichen und von den Schöppen-Stuhl zu Leipzig gesprochenen Urtheils nicht allerdings, wie es die Rechte erfordern, verfahren worden, in dem, wie ex Actis fol. 162. b. & seqq. zu sehen, den 18. Jan. dieses Jahres der Inquisit Abends um 3. Uhr zur tortur gebracht, und seine Außage gethan, bald folgenden Tages aber den 19ten Jan. frühe umb 8. Uhr sein Bekanntnuss zu wiederholen, für Gerichte geführet,

und

und nachdem er dabeyp und sonderlich bey der legten Fra-  
ge sehr variirt, wiederum von dem Schafffrichter mit  
denen Schnüren angegriffen und besfraget worden/welche  
Uhrzeit er denn noch selbigen Tages zu Mittage um 2.  
Uhr gerichtlich wiederhohlen müssen, in welchen allen  
aber von der klaren Verordnung Carol. V. abgeschrit-  
ten, (so einem Richter nicht frey stehet) indem darin  
nen und zwar art. 56. s. ult. erfordert wird, daß der  
Gefangene nach beschegener Peinl. Frage solle zum we-  
nisten über den andern oder mehr Tage nach der Mar-  
ter und seinem Bekanntnuß wieder vor Gerichte gefüh-  
ret, und ihm sein Bekanntnuß durch den Gerichts-  
Schreiber fürgelesen, und alsdann andermerts dar-  
auf besraget werden, ob sein Bekanntnuß wahr sey?  
Und also dasjenige, was mit Inquisito disfals also-  
bald des andern Tages vorgenommen, und dessen Aus-  
sage vor neue Judicien zur tortur genommen werden wol-  
len, vor beständig nicht zu achten, auch die fol. 167. wie-  
derhohste tortur nicht, wie in margine angezeichnet  
worden, vor eine continuation der ersten, sondern vor  
eine neue zu halten; Hierüber das von Samuel Fritz-  
schen begangene delictum kein militare ist, darüber von  
dem Kriegs-Rechte, ohne Zuthun der Rechts-Ver-  
ständigen, nach der Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung,  
Urtheil zu fällen gewesen, (quod maxime observare de-  
bet Judices militares, qui sèpius limites suos transgre-  
diuntur, & humeris imparibus negotium suscipiunt,  
ac de tortura ejusdemque gradibus ferunt sententiam,  
reclamante conscientia & Constitutione Carolina.)  
So erscheint dannenhero hieraus allenthalben so viel.

D 3

daß

daß mit der lehtern tortur und sonsten nicht gebührend verfahren, sondern darinnen excediret worden. Imo hujusmodi imperitia non tantum cedit in ignominiam judicum, sed etiam rei ipsi eo ipso pœnam promeritam effugint, quia æquum est, acasperitate pœna ordinaria quid remitti, ac juris rigorem temperari, ob tormenta, quæ reus de criminis convictus injurya passus est. Carpz. *Pr. Crim.* p. 3. u. 125. n. 25. Quemadmodum in eadem causa, eodemque mense & anno laudati Dr. Jcti Wittebergenses pronunciarunt, hisce formalibus, daß Inquisit nach beschéhener restitution des Diebstahls und Wieder-Erstattung der virursachten Unkosten, in Ansicht des alberet langwierigen Gefängnisses und der zur Ungebühr an ihm wiederholtens Tortur annoch mit ewiger Landes-Verweisung zu bestrafen; pariter & Dr. Scabini Lipsiensis retro mens. Sept. 1675. Praefecto Torgaviensis responderunt: So mag Hans Schneider solcher begangenen Deliben halber gestalten Sachen nach und in Ansicht, daß bey der tortur ein ziemlicher excess begangen worden, zwar an Leib und Leben nicht gebräset werden.

S. IV. Sicuti autem locus, in quo tortura instituenda, occultus, & si fieri possit, subterraneus esse debeat: ita etiam, si is supra terram eligatur, adeo munitus sit, ne reus, utpote qui tunc à vinculis liberatur, evadere, nec a sodalibus e manibus judicis eripi possit; Siquidem non ignotum est, quod complices, maxime in villis & pagis, ubi loca bene munera saepius deficiunt, ex lege societatis, vi hostili & arma

armata manu carcera effregerint & reos abduxerint,  
 velut non tantum ex responso a Dn. Carpz. in Pr.  
*Crim. q. 35. n. 45.* adjunto, sed & ex scripto, quod  
 de tabula aurea Lüneburgensi furtim ablata typis edi-  
 tum est sub titulo: Denckmahl der Gottlichen Regierung,  
 plus satis patet. Arbitrio tamen judicis non dene-  
 getur, vel satellites & apparitores plures adsciscere,  
 vel etiam aliis vigilibus & hominibus armatis locum cu-  
 stodiare atque sic malitia obviare. vid. *L. 1. L. 12. it. §. 1.*  
*L. 14. ff. de custodia & exhib. reus.*

S. V. Tandem locus iste tolerabilis esse de-  
 bet, ne inde majores cruciatu reo accedant, nec  
 dolores, quos ipsa tormenta provocant, augeantur,  
 quod vel tunc maxime fieri posset, si locus ad actum  
 tortura destinatus supra terram, & tortura tempore  
 hyemali exequenda est, atque ita frigore intenso rei  
 corpus denudatum affligitur: sicuti enim judex atten-  
 dere jubetur, ut carcer ita sit comparatus, ne inde  
 vita vel corporis discrimen aliquod incarcerato sit  
 metuendum. Aut. Consult. Saxon. p. 4. q. 37. vers.  
 Darüber in unsern. Ita multo magis idem præcaveat,  
 ne dolores reo propter frigus duriores fiant, & ne  
 hoc ipso limites arbitrii sui excedat. Quamvis  
 enim Damhouderus in Pr. *Crim. cap. 37. n. 18.* mentio-  
 nem faciat frigoris intolerabilis, idque inter genera  
 tormentorum referat; quia tamen in terris Saxonici  
 frigus tanquam genus tormentorum non est receptum,  
 sed ea tantum, quæ supra capite secundo recensui-  
 mus, in usu sunt, omnino judex mentem frigidam  
 calore moderata rationis temperare debet, si com-  
 parati

parari nolit carnificibus ipsis, juxta effatum Jul. Clar.  
libr. 5. §. ult. q. 64. n. 36.

## CAP. VI.

## §. I.

**Q**uemadmodum igitur Arbitrium Judicis in toto  
hoc negotio pietate & ratione regi debet, maxi-  
me etiam illud circa tempus, quando & quamdiu  
reus torturam sustinere debeat? ita dirigidum est,  
ne judex magis crudelitatem exercere, quam justitiam  
administrare videatur. Ecquid enim crudelius, atro-  
cius & ab omni jure & ratione magis alienum est,  
quam sub veritatis eruenda praetextu miseros homi-  
nes diutius acriusque vexare, quam jus fasque expo-  
scit? Et quis non potius semel atque uno veluti tem-  
poris momento & vitae finem imponere & feralem  
horum verius lanionum, quam judicum tyrannidem  
effugere, quam se sub mille mortibus vivum discripi-  
eligtat? quærimus cum Emanuele Suarez. in annot. ad  
Anton. Gomez. lib. 3. Resolut. 13. Lit. C.

**S.** II. Quando autem tortura sit instituenda,  
de eo non tantum variae reperiuntur opiniones, sed &  
usus ipse variat. Alii enim volunt nocturnum tem-  
pus ad hoc requirunt, partim ideo, quod judex, post-  
quam reus cibum & potum assumpsit, propter peri-  
culum vomitus ad minimum quinque vel sex horas a  
questione abstinere debeat, Delrio Disquis. mag. libr.  
5. q. 9. vers. tortura modus, vel etiam per octo horas,

cum-

cum eo tempore absoluta sit digestio & stomachus  
alium requirat pastum. Novell. in Præt. ad Defen-  
sam. c. 3. n. 20. quod & se obseruasse dic Farinac. in  
Pr. Crim. libr. 1. tit. 5. q. 38. n. 32. partim ex ea cau-  
sa, ne per torturam & ejulationem rei aliis homini-  
bus molestia causetur. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 124.  
n. 7. Alii tempus, matutinum magis oportunum huic  
actui existimant; quia etiam alii actus judiciales ma-  
joris momenti hoc tempore perfici solent, & pleris-  
que in locis hoc tempus observari, ut nimirum rei  
jejuni torqueantur, laud. Dn. Carpz. d. l. notat. Ve-  
rum enim vero res hæc plane est Arbitrii, juxta artic. 58. Constat. Carolin. adeoque judex ratione personæ, loci & temporis habeat, & perpendat, an &  
quando reus cibum & potum sumplerit, an nocturno an matutino, vel etiam meridiano tempore, ut  
hinc torturæ subjici queat; nam multæ circumstantiæ evenire possunt, quæ jubent, ut reus matutino tempore non possit torqueri; multa etiam accidere possunt, ut id neque matutino, neque nocturno tempore fieri queat, e. gr. si reus podagricus, epilepticus, melancholicus torqueri debet, sic enim omnino judex tenetur tamdiu expectare, donec affectus cessaverit; sicuti autem is nescit morbi motum, ita etiam ignorat ejusdem exitum, & consequenter certum tempus huic actui præfigere nequit, sed secundum rei statum illud arbitrabitur.

§. III. Sed anne etiam die feriato & dominico tor-  
tura instituenda? Distinguit Jul. Clar. in Pr. Crim.  
§. fin. q. 64. n. 34. inter atrocità & levia delicta, atque

E dicit,

dicit, quod in illis omnibus diebus, etiam paschali-  
bus, procedi possit ad torturam, non autem in hisce;  
sed religiosorem se exhibet in q. 97. n. 5. vers. quaro  
etiam &c. ubi id plane negat, dicens, licet non sit pec-  
atum, esse tamen horrendum & misérabile specta-  
culum, a quo propter Dei reverentiam hoc die omni-  
no abstineri debeat, quod & placet Dn. Carpz. d. l.  
q. 124. n. 4. quæ sententia fundatur L. 7. C. de Feriis.  
Prudentiae tamen judicis relictum videtur, si Reipu-  
blicæ intersit, poenam sceleratorum accelerari, etiam  
die feriato proditionem per latronum tormenta quæ-  
rere, cum facillime & in hoc Numinis divini venia  
speranda sit, per quod multorum salus & incolumi-  
tas procuratur. L. pen. C. de Feriis.

§. IV. Maxime autem circumspctus esse de-  
bet judex in adhibenda tortura ratione durationis  
temporis, ne & in hoc iustitia sapiat sævitiam. Non-  
nulli equidem distinguunt inter indicia, & volunt, con-  
currentibus gravioribus & urgenteribus indiciis, reum  
tribus diebus interpolatis torqueri & pro qualibet  
vice ter cum quaestionibus elevari posse, ut de Ita-  
lia consuetudine testatur Clar. Pr. Crim. q. 64. n. 33.  
Alii opinantur, necessitatem veritatis indagandæ &  
iustitiæ administrationem exigere, ut, quod in uno  
die absolvı non potest, illud sequenti die peragatur  
& examen continuetur. Delrio Disq. mag. libr. 5. ap-  
pend. 2. q. 34. Alii unum diem tantum concessum au-  
tumant, quia alias ad expediendum actum judiciale  
totus dies deputatur. arg. L. 38. §. 16. L. 137. §. 2. ff. de  
V.O. & L. 70. ff. de solut. Alii torturam vertant ex-  
tendi

rendi ultra horam, uti patet ex pontificis Pauli III. Bulla L VIII. quæ habetur in Bullario magno. p. 1. Alii dicunt, quod reus suspendi possit per quartam, tertiam medianve partem, vel duas tertias unius horæ aut per integrum horam. Dn. Theodoric. in Colleg. Crim. cap. 9. Art. 1. n. 3. Alii tandem, imprimis Jcti Friburgenses, quos Delrio dicit. & refert, probant, quia de omnibus reus examinari debet, quod is torquendus sit, donec examen de omnibus, quibus suspensus & gravatus est, perfectum & absolutum fuerit; Sed tempus hoc plane ab Arbitrio Judicis prudentis dependere, verius est per L. 1. §. 23. L. 18. §. 1. ff. de quest. art. 58. C. C. Cum enim alia personæ sint robustæ, alia debiles, alia timidæ, alia pertinaces, & ita non omnes pares cruciatus perferre queant, iudex ad has qualitates respiciat & tempus ita arbitretur, ne reus infirmus & timidus pereat, neque etiam pertinax, & qui animum in tormenta induravit, cognoscat, unam vel alteram partem horæ vel etiam totam horam, aut aliquid ultra esse præterlapsum, id quod quam maxime illustrat rescriptum ex aula regio-electorali ad Senatum Dresensem, in causa supra dictos latrones concernente, transmissum d. 26. Julii 1705. hisce formalibus: In übrigen verlautet, daß einige von denen bisher eingebrochen und hier und dar justizirten Dieben anzuführen gewußt, daß die Tötur an keinem Orte leichter auszustehen, als in hiesigen Landen, weil man sich nach der zu dem Ende darbey gesetzten Uhr, und sonst nach gewisser Zeit richtete, und nach deren Ablauf die Inquisiten von der Mar-

ter befreyste, davon auch, vor wenig Jahren in dem  
in Druck ausgegangenen Tractat, Denckmahl der gött-  
lichen Regierung genandt, darinnen wegen der zu Lü-  
neburg gestohlnen güldnen Tafeljustificirten Räubern  
gehandelt wird, fol. 84. und 85. auch sonst daselbst  
Nachricht enthalten. Als habt ihy den Scharfrich-  
ter dahin anzuweisen, daß bey dergleichen harten Ver-  
brechen und Ubelthaten er die Tortur dergestalt ein-  
richten möge, darmit weder durch die Kürze der Zeit  
noch in andre Weise dieselben die Wahrheit zu hinter-  
halten Anlaß nehmen.

## CAP. VII.

## §. I.

**J**am etiam Arbitrium Judicis circa Torturam con-  
siderandum est quoad personas. Quamvis enim  
Mahometes non tantum homines, sed & animalia  
& aves torturæ subjecere soleat, siquidem libr. 3. cap. 9.  
in Alcorano scribit: Salomonem aliquando congre-  
gasse exercitus suos, constantes ex hominibus, dæmo-  
nibus & avibus: Cum autem in delectu avium upu-  
pa desideraretur, interminatum ipsi esse Salomonem  
tormenta, nisi causam absentiae diceret, upupam au-  
tem respondisse, se fuuisse in terra Saba, & ibi Re-  
ginam convenisse, & ita se a tortura liberasse. Sed  
de hac fabula sacræ literæ silent. & cum hic maxime  
de homine ejusque vita & sanguine agatur, cuius  
tanta est jactura, ut major esse nequeat, L. 10. ff. de-  
pan.

*pœn.* ubi autem maius periculum, ibi eo cautius agendum. *c. ubi periculum.* de Elect. in 6. hinc prudens iudex omnem cruciatum non tantum pro qualitate & quantitate criminis & delicti, indiciorum idem, presumptionem & suspicionum, quæ reum grayant, sed etiam pro qualitate corporis, quod torturæ subjicendum est, & pro conditione personarum, quæ tormenta sustinere debent, adtemperare tenetur. Hor-tens. Cavalcan. de Broc. reg. p. 3, n. 130.

§. II. Considerandæ autem sunt personæ vel physice vel moraliter, ita ut iudex arbitrium suum, circa torturam vel ex causa physica interponere, & vel restrictiores vel laxiores tortori permittere habendas, vel ex causa morali modum determinare queat: quia alias torturæ remedium est extraordinarium atque exorbitans, & ab initio contraversos tantum & homines viles decretum atque suscepimus fuit, uti Dn. Tabor in Tract. de Tort. cap. 2. & 3. tradit, & constat etiam honestiores ipsa juris ratione & expressa sententia ab illa exemptos cautumque fuisse, ne quis eorum excusatione legitime uti prohibeatur. L. 4. C. ad L. Jul. Maj.

§. III. Primo autem iudex ordinem in personis observare deberet, ut si masculus & foemina concurrant, tanquam complices, foemina prius torqueri debeat; quoniam verisimile est, foeminam citius confessuram esse delictum & veritatem dicturam. Jacob de Belloviso. libr. 3. Pract. Crim. cap. 6. n. 5. & 5. cum foemina non tantum inconstantioris animi; sed etiam debilioris naturæ esse credantur: Zang. de Tort.

cap. 4. n. 27. Hinc etiam Dr. Scabini Lipsienses mens.  
*Mart. 1693.* ad Præfectum electoralem Saxonicum  
 Oschatensem, in causa Daniel Appermannen ejusdem-  
 que uxorem concerrente, responderunt: und zwar  
 dergestalt, daß von dem Weibe, als dem schwächsten  
 Theile, der Anfang gemacht werde ic. Verum cum  
 Doctorum unanimes sit sententia, quod tortura in-  
 cipienda sit ab eo, a quo facilius veritas speratur.  
*Guid. de Suz. Tr. de Jul. & Tort. n. 22. & fœminæ multæ tam*  
*robustæ naturæ & fortis animi, quam masculus repe-*  
*riantur, siquidem ex Polyæn. libr. 8. Stratagem. notum,*  
*quod fœminæ Cleomenem & Demarathum, Spartano-*  
*rum Reginæ, diversis vicibus ab urbis oppugnatione*  
*fortissime depulerint, & memorabile exemplum ex-*  
*trat, cum Anno 1552. Mahometus Hungariæ oppidum*  
*Agriam, nechatura nec arte usque adeo munitam*  
*70000. hominum exercitu cingeret, præsidiorum*  
*2000. & milierum in primis, tanta virtus fuit, ut*  
*Turca amissis 6000. cum pudore (sunt hæc verba Hi-*  
*storici) obsessionem dissolvere cogeretur. Inter il-*  
*las una, quæ coram matre & marito depugnabat,*  
*cum occiso marito, a parente moneretur, ut corpus*  
*tolleret & sepulturæ demandaret: non hoc, inquit,*  
*illa, ò mater, Deus finat, ut vir inultus terra conda-*  
*tur, pugnam hoc tempus, non sibi exequias deposit;*  
*acceptoque demortui ense & clypeo in medios ho-*  
*stes ruit, nec prius a pugna desistit, quam tribus*  
*Turcis, qui in murum enibantur, interfectis.*  
*Thuan. libr. 10. His. Non immerito hinc judicis pru-*  
*dentiæ relinquitur, tam masculi, quam fœminæ natu-*  
*ram,*

ram, & an illius vel hujus debilior & infirmior sit, considerare & dijudicare, a quo facilius possit veritatem extorquere, per L. 1. §. 2. & L. 18. ff. de quæst. Quod arbitrium judex etiam adhibere potest, si maritus & uxor, pater & filius concurrant. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 24. n. 17. & 18. Nam quamvis amor uxoris cæteros omnes, præter amorem patentum in liberos, superare creditur, juxta illud Properianum.

*Omnis amor magnus, sed aperte in conjugé major.*  
& verisimile sit, maritum videntem uxorem suam in cruciatu pendentem, eum excusaturum fore, & de se confessurum. Zang. d.l.c. 4. n. 30. quin & præsumendum, patrem, qui videt cruciari filium, ultro veritatem dicturum, *ibid. n. 28.* experientia tamen sèpius contrarium docuit, ut neque maritus cruciatu uxoris, neque pater tormentis filii, ad liberam confessionem commotus fuerit.

§. IV. Sicuti autem judex ad debilitatem naturæ respicere debet; ita etiam infirmitatem rei observare tenetur, per textum expressum art. 59. C. C. Cum autem facilime contingere possit, reum esse podagricum, anne & hic torturæ erit subjiciendus? affirmativa placet Guil. Fabr. Hildano *Cens. 1. Obs. 79.* qui resert, plurimos per torturam ab arthriticis doloribus & podagra fuisse liberatos, quod si verum est, potius suo commodo, quam incommodo, podagrì essent exponendi torturæ. Nos tamen cum Dn. Ammone in *Medicina critica: Discurs. 19. p. 159.* torturam pro remedio medico non estimamus; & quamvis podagricæ

dagrico concedamus, ut ipse, si velit, carnificem aeat; dubitamus tamen, an hoc remedium quis sit electurus, & hoc modo valetudini sua consulturus, interim Constitutio Carolina art. 59. expresse sancit, So der Beklagte gefährliche Wunden oder andere Schäden an seinem Leibe hätte, so soll die Peinliche Frage dersassen gegen ihn vorgenommen werden, darmit er an solchen Wunden oder Schäden zum wenigsten verleget werde, ut hinc judici incumbat, ante omnia inquirere in morbum torquendi, ne aliquid accidat, quod corpori ejus damnum inferat, arg. L. 14. §. 2. de Ædilit. Edict. Eapropter non errare judicem, puto, si prudentem adhibeat Medicum, & juxta ejusdem judicium arbitrium suum adtemperet, quemadmodum etiam Matth. Stephan. in not. ad dict. art. exemplum proponit, de homine, qui ruptura circa genitalia laborat, quem moderate, ne ruptura incrementum capiat, torqueri posse, docet.

§. V. Quid judici circa mulierem lactantem observandum sit, docet Dn. Carpzov. p. 3. Pr. Crim. q. 118. n. 61. & saepius hujusmodi mulieri infantem lactanti torturam fuisse dictatam, tradit, ita tamen, ut illa moderate adhibeatur, ne per eam infanti quoad nutrimentum noceatur. Verum cum facile alia nutrix inveniri & per illam infanti prōspici possit, ut optimè animadverterit Dn. Tabor in Tract. de Tortur. cap. 5. §. 30. in fine, res maxime videtur ab arbitrio judicis dependere, qui atrocitatem delicti, qualitatem indiciorum & personæ inquisitæ statum considerabit & arbitrabitur; an alia nutrix substitui & inquisita

sita durius torqueri, an vero ob infantis nutrimenta, levius cruciari debeat. Certum enim est, si delictum sit atrox, urgentia adhuc indicia, inquisita sit malefamæ & vita, ipsi non esse parcendum, ne fenestra aperiatur delinquendi, contra L. 51. §. 2. ff. ad L.

*Aquil.*

S. VI. Immunem etiam a tortura esse volunt eum, qui ulcuscula in brachiis, quæ fonticulos seu fontinellas, sive cauteria appellant, gestant. Bernard. ad Ambrosium de Proc. inform. l. 4. c. 2. n. 13. in fine. Dilacerantur enim sic brachia, maxime si illa ex longo talium fonticulorum usu sint emaciata; Paul. Zach. quæst. med. leg. libr. 6. tit. 2. q. 4. n. 13. Sed cum malitia hominum, maxime inquisitorum, reperiatur magna, ut etiam sint, qui eum in finem sibi in brachiis excitant cauteria, quo a tormentis se eximant, ut ipse Zachias d. l. annotat, judex Medicorum consilio requisito suum addat arbitrium, ita, ut, si reus uno licet brachio impeditus, nihilominus in altero torqueri possit, Guazz. ad Defens. reor. Def. 30. cap. 20. Deinde si is in ambobus brachiis cauteria habeat, sponte tamen absque necessitate urgente, & tantum ad evitandam torturam comparata, judici dengatum non est, illum torturæ subjecere; ratio enim dictitat, peccas ob maleficia esse solvendas, L. 70. §. ult. ff. de Fidejuss. neque ullum ex sua malitia sentire debere fructum, contra L. 33. ff. de R. V. cap. 9. X. de Act. & Contum. quod arbitrium maxime procedet, si nullum vita periculum est metuendum, quo calu etiam iste, qui valetudinis gratia fonticulos effor-

F

effor-

efformandos sibi curavit, torqueri potest, propter  
verba art. 52. C. C. arbitrium tamen judicis juxta  
Medicorum consilia sit regulatum.

§. VII. Stauunt porro Doctores, epileptico  
morbo laborantes torqueri non posse: Dr. Carpzov.  
*Pr. Crim. p. 3. q. 118. n. 50.* Sed haec plane summa pra-  
cautio & exacta inquisitio judicis requiritur, ut is  
maximopere indaget, an epilepsia facta sit, an vera;  
Nam quamvis interdum signa epilepsiae prodant,  
ea tamen non semper pro signis epilepsiae veræ assumi  
debent, quoniam sepe a malitiosis hominibus talia  
singuntur, uti *Facultas medica Lipsiensis d. 23. Sept. 1698.*  
ad D. J. F. R. Gerichts-Verwalther zu B. respon-  
dit his verbis: Wiewohl die starken concussiones  
und Erschütterungen des Leibes und dessen Glieder,  
Einschlagung der Daunen, Knirschen der Zahne, und  
Fescht oder spuma vor dem Munde bey denen warhaf-  
tigen epilepticis, als gewöhnliche symptomata, ange-  
merket werden, dennoch auch solche nicht schlechter dings  
und zu aller Zeit pro signis epilepsiae adæquatis zu halten,  
sondern dergleichen von baschafftigen Leuten wohl pro-  
lubitu singiret, und hierdurch motus convulsivi erwe-  
cket werden mögen: Probatur id quoque exemplo,  
quod in Prætorio Dresdensi, inquisitorum cumulo  
tota fere die fatigato, paucis ab hinc annis contigit,  
ibi enim furti accusatus & in carcere detentus,  
Johann Gottfried Bautz, ob signa externa dicebatur  
morbo laborare epileptico, quamobrem tortura ei-  
dem remittebatur, & extraordinarie puniebatur, sc.  
relegatione, ex sentent. Dn. Scabinorum Lipsiensium  
mensē

mens. Maj. 1685. Bauz. vero non tantum urphedam revertendo violans; sed etiam fura diversa reitans, denuo capiebatur; ipsique tortura rursus adjudicabatur, sed hic nihilominus simulabat morbum secunda vice, & per hoc torturam avertebat, tertia tandem vice, cum hoc multiplicata delicta manibus lictoris traderebatur & tortura ipsa dictaretur, absque ullo signo epilepsia primum gradum torturae sustinuit pertinaciter. Hinc arbitrio judicis commissum esse credimus, ut ante omnia Medicos consulat, qui, an morbus verus vel simulatus sit, curate inquirant; Quodsi igitur morbus sit verus, judex reum, ut veritatem puram confiteatur, nec ipsimet duriora media ad eruendam veritatem concitet, severo admonere poterit, quemadmodum mens. Febr. 1685. Dn. Scabini Lipsiensis in antea memorata causa pronunciarunt; quin &c, si reus in negatione perseveret, judici nihilominus permisum erit, aut ad torturam progressi, & per hanc periculum facere, sed cum summa prudentia & cautela, ut nimisrum, si in ipsa executione torturae epilepsia malevoli ingravat, statim a tortura abstineat & reum sibi ipsi reliquiat, veluti admonuerunt laudati Dn. Scabini Lipsiensis in supra dicta inquisitione contra famosum istum furem Bauzen; mens. Jan. 1703. hisce formalibus: Ein Fall aber bei der execution dieses Urthels inquisito die schwere Noth anwandte, ist so fort dargestellt, innen zu halten.

§. VIII. Pari modo judici potestas haec concessa in melancholico; nam quamvis hanc Doctores a tortura eximant, Dn. Theodoric. in Colleg. Crim. cap.

cap. X. de pœn. Ach. 4. n. 27. non tamen simpliciter id assumentum esse, pater ex diversis responsis, que suppeditat Dñ. Zittmann. in Medicina Forensi. Cent. 3. Cas. 56. Cent. 4. Cas. 63. it. Cent. 5. Cas. 3. & quia insultus melancholicorum sua habet intervalla, & melancholia ipsa suos gradus, Dñ. Amman. in Medic. Cris. dis. 45. §. 15. capropter ad consilia & informatio-nes Medicorum confugiendum. Quod si igitur inquisitus pro vero melancholico habeatur, non dubitandum, quin a tortura sit immunis, ut Dñ. Scabini Jenenses, teste Theodorico d. l. olim responde-runt. Negandum tamen non est, judicem, si affectus remittat & inquisitus ad saniorem mentem redeat, ad torturam progreedi posse in casu, ubi cum diluci-do intervallo deliquerit, vel melancholia supervenit. Menoch. de A. J. Q. libr. 2. Cas. 325. n. 11. Extenditur hoc Arbitrium porro, quando inquisitus se fixit me-lancholicum: L. 6. ff. de Cūrat. furios. Farinac. q. crimi. 94. n. 40. 41. 42. seqq. cum judicii incumbat malitiis hominum obviare & is non indulgere. L. 38. §. 1. de R. V. Nonnulli id extendere volunt ad casum, ubi quis sua culpa vel suo facto in melancholiā seu ipsum furem incidit, ut nihilominus iudex, melancholia non obstante, procedere possit; sed quia vel maxime etiam tunc defectus adest judicii, & delinquens men-tem alienatam habeta facto, vix ac ne vix quidem rectæ rationi hoc arbitrium convenire potest.

§. IX. Adducitur etiam cæcus in hanc scenam. Et quidem extra controversiam esse, quod cæcus torqueri possit, dicit Zanger. tr. de tort. cap. 1. n. 48.

*in fine*, ex ratione, quia neque auditus neque loquela impedimento est, quo minus de crimine a se commisso confiteri posset, Dn. Carpz. p. 3 q. 118. n. 25. Sed judex hic omnia oculorum acie circumspiciat, ne cæcus sit in cæco torquendo. Hinc arbitrium ejus fundatum sit in hac distinctione, an nimurum torquendus sit reus super facto ipso commisso, an super facti circumstantiis; atque si priori casu propter traditam jam rationem tormentis reuni subjicere possit, posteriori autem casu arbitretur, an circumstantiae auribus aliœ sensu satis percipi possint a cæco, vel non, supra his enim non interrogandus est reus, cum sensu necessario, quo has circumstantias perciperet, destituatur, uti accurate distinguit Dn. Stryck. in tr. de Jure sensuum, *Dissert. 2. de Jure Cæcor.* cap. 5. n. 14. Limitatur tamen, si reus ante cæcitatem delictum commiserit, tunc enim judex ipsum de hujusmodi circumstantiis interrogare potest, cum rem ipsam sensu accomodato, visu scilicet, semel percepitur, & in responsione ad interrogatoria visu amplius non sit opus, per ea, quæ tradit Mascard.

*Vol. 1. Concl. 278. n. 9.*

§. X. Quam maxime etiam, quando surdus torturæ subjiciendus, cautus esse debet judex, prout tradit Bocer. de tortur. c. 4. n. 16. & Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 118. n. 21. & multi alii excellentissimi Jurisconsulti, qui distinguunt inter surdum natura tales, & surdum per accidens, item inter surdum ex accidenti, qui literatum est ignarus, atque scribere necit, & inter surdum ex accidenti, qui novit lire.

ras & scribere valet; illos enim non facile ad tortu-  
ram rapiendos esse, monent, hunc vero torqueri pos-  
se, volunt. Verum, cum sapius eveniat, ut surditas  
simuletur, judicis arbitrium concurrere debet, ita, ut  
is primo testes, & quidem ex familiaribus & vici-  
nis, convocet, & ex his inquirat, qualem se in con-  
versatione quotidiana gesserit: deinde variis modis,  
e. gr. ex improviso vocando acclamando, sonum ex-  
citando auditum probet: porro negotium Medicis,  
committat, ut hi accurate inquirant, an verus vel  
simulatus sit morbus, & tandem, si neque testes ad-  
sint, neque alias explorandus est morbus, nihilominus  
signa simulati morbi concurrent, permissum erit  
judici, mediante tortura veritatem eruere, ad exem-  
plum ebrietatis, de qua Dn. Carpzov. d. l. q. 146.  
n. 66. imo forte etiam remedium Justinianum in-  
terrogandi surdos, quod habetur in L. 10. C. qui te-  
stam. fac. possunt, sc. ut interrogans supra cerebrum  
eorum loquatur, recurrendum esse, sentit laudat.  
Dn. Stryck. diff. 4. de Jure Sens. cap. 5. de jure Sur-  
dor. in fin.

## CAP. VIII.

## §. I.

**C**UM Tortura eum in finem adhibeatur, ut reus  
indiciis gravatus delictum confiteatur, circumspe-  
ctus judex & hic esse debet, ut arbitrium regulatum  
interponat, interrogando sc. reum, confessionem.

ab

ab eo eliciendo illamque annotando : Qua de re in articulo 58. Ordinat. Crim. ita disponitur: Und soll die Frage der gefragten nicht angenommen oder aufgeschrieben werden, so er in der Marter thut, sondern er soll seine Sage thun, so er von der Marter ist; Ex quibus verbis satis patescit, reum in ipso torturæ actu non esse interrogandum, nec examinandum, quod etiam approbat & præjudicio firmat Carpz. p. 3. pr. crim. q. 124. n. 26. 27. seqq. additque rationem, quod non verisimile sit, in ipsis torturæ cruciatibus constitutum, veritatem posse eloqui, aut perpetrata cum circumstantiis in memoriam revocare, adeoque iis demum, quæ remissa tortura sive questionibus exemptus indicabit aut confitebitur, fides habenda sit: quare nec id, quod in tortura confessus est reus, sed quod remissa tortura fatetur, a Notario consignari debet. Verum judex hic non male arbitrabitur, si reum in ipso torturæ actu interrogat & examinat, (1.) quia reus, si innocens esset, innocentiam suam alias non posset demonstrare & indicia purgare, quod tamen perseverando in negatione demum fieret. Bocer. in tract. de quest. & tort. c. 5. n. 2. (2.) verbum: Sage, idem est ac confessio, uti videre licet apud Taborem in tract. de confrat. diff. 4. cap. 2. & in tract. de ind. & tort. c. 4. §. 13. quomodo igitur reus confiteri vel ad confitendum se declarare posset, si non sit interrogatus, (3.) interrogatio in allegato articulo non est interdicta, sed potius (4.) interrogatio sub tormentis, artic. 56. in verbis: Sondern den Verdachten nicht anders vor oder NB. in der Frage fürgehalten werden, quor-

quorsum & suam intentionem dirigit Carpz. ipse  
*d. l. q. 124. n. 31.* cum dicit, quod certis articulis in-  
 cludi debeat factum, super quo reus per tormenta  
 est interrogandus, confirmatur id (*6.*) in *L. I. §. 22.*  
*ff. de questionib. ibi, si dum questio habetur, amplius di-*  
*xerit, rei fuerit judicium non interrogations culpa,*  
*qua verba satis innuunt, quod reus in ipso actu tor-*  
*turæ interrogatus fuerit, & ille responderit, uthinc*  
*judicis arbitrium in hoc passu juri & rationi consen-*  
*taneum sit.* Et quamvis aliquis objicere vellet, licet  
 non interdicta sit interrogatio, tamen interdictam  
 esse expressis verbis annotationem, atque ita rei con-  
 fessionem sub *l&* in tormentis factam registrari non  
 debere, & hoc ipso ex natura relatorum se-  
 queretur, quod & interrogari non deberet, quia  
 alias actus interrogationis esset frustraneus, quem  
 jura detestantur; Siquidem verba illa: Und soll die  
 Sage der Gefragten nicht angenommen noch aufgeschrie-  
 ben werden, so er in der Marter thut, sondern er soll  
 seine Aussage thun, so er von der Marter ist, ita plane  
 accipienda sunt, ut id, quod ad præcedentem inter-  
 rogationem sub tormentis confitetur, annotari non de-  
 beat; sed quando declarat, se velle confiteri, vel jam  
 jam confitetur, tunc tortura relaxanda & reus iterum in-  
 terrogandus sit, & quod postea ad hanc interrogatio-  
 nem confitetur, illud omnino a Notario est con-  
 signandum, uti tenorem articuli jam dicti potentis-  
 simus Rex Poloniarum & Elector Saxoniae in Pro-  
 cessu coram Præfectura Belzigeni contra Andream  
 Hagedorn agitaro, per rescriptum ad Præfectum ibi  
 dem mens. Mart. 1700. declaravit.

§. II.

§. II. Si igitur reus tortura remissa delictum confitetur, judex eo quoque arbitrium suum extenderet potest, ut hujusmodi confessioni non statim fidem habeat, sed simul etiam diligenter dispiciat, an confessio verasit vel non, ea propter inquirat in circumstantias, de quibus Ictus Saturninus in L. 16 ff. de *Poenis agit*, ut scil. rationem causæ, persona, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, & eventus habeat, & pro ratione circumstantiarum & qualitate delicti interrogatoria ae veritatem indagandam convenientia formet, impossibile enim est, ut omnes articuli & interrogatoria legibus & constitutionibus comprehendendi possint. L. 12. ff. de *Legib.* quamvis judici alias non permisum sit, ut ipsem reo circumstantias criminis suggerat, uti sepius fieri solet, quando judices hac in re incautius agunt, ut ex suo ingenio imprudenter vel malitiose ad seducendum miserum reum ipsi circumstantias in interrogationibus suppeditant, contra textum in art. 56. *Conf. Crim.*

§. III. Illud notum est, reum, qui ob certum aliquod delictum quæstiōni subjicitur, incidenter saltem de alio etiam crimen perpetrato non esse interrogandum, propter textum expressum in art. 20. *Ordn. Crim.* Sed cum sepius eveniat, ut reus in responsione se suspectum reddat de alio delicto, & ita indicium oriatur, vel etiam unum delictum ab alio dependeat aut connexitatem habeat cum eo, de quo contra reum jam jam inquisitio instituitur, aut de quo jam torqueri debet, vel etiam jam confessus est, judex omnino suo arbitrio de alio quoque deli-

eo reum in tortura interrogare potest. Quin & non tantum de alio delicto, sed & de complicibus delicti interrogationem formare poterit. Cæterum hoc negandum non est, quod multi judices, si modo cum aliqua difficultate inquisitio est conjuncta, illico inanum retrahant & ad asylum illud socordia, jura proniora esse ad absolvendum, quam ad condemnandum.

**2. F. 28.** confugiant, quasi hæc regula de casibus quomodo cuncte difficultibus prodita, & non etiam aliae regulæ præscriptæ sint, secundum quas ille omnia quam diligentissime rimari & investigare, arbitriumque suum instituere posset.

**§. IV.** Caveat tamen judex, a reo confessio nem sub impunitatis promissione elicere, quia exinde magna nullitas processus exsureret, & talis confessio sub spe impunitatis impetrata, tanquam judicis dolo extorta, ad condemnandum minime sufficeret.

**Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 113. n. 50.** Evidem simulacrum, & fingere aliquid velle, quod tamen quis re vera non intendit, ad exemplum Salomonis, prohibitum non esse, post 'alios idem statuit Carpzov. d. l. n. 37. Verum magis est, ut dicamus judicis arbitrium hac in parte ab omnibus simulationibus sive istæ ad deceptionem, sive ad bonum finem tendant, debere esse remotum, cum hoc agere nihil aliud sit, quam illaqueare reum fraude & mendacio, quod cui libet bono viro, præsertim judici, quem veritatis amantissimum esse decet, summopere est vitandum, ut loquitur. **Jul. Clar. libr. 5. §. fin. Pr. Crim. quest. 5. n. 8. in fine.**

§. V.

§. V. Denique videndum est, quomodo circa consignationem confessionis rei, judex arbitrio usum possit. Ratione hujus non tantum in art. 148. Et alibi Ord. Carol. sed etiam in *Rescripto Electorali Saxonico de anno 1379.* expresse dispositum est, quod actuarius summa cum diligentia rei confessionem annotare, & quantum fieri potest ipsissima verba rei consignare debeat, ne forsitan transmutatione verborum sensus invertatur. Sed quid si reus lingua-  
utatur peregrina, e. gr. italica, gallica aut alia, quam neque judex neque actuarius norit? plane judicis arbitrio relietam est aliud Notarium, qui illam linguam callet, adhibere, quod facili negotio expediri potest. Sed cum hoc ipso novus adhibitus Notarius tam vices judicis quam actuarii sustineat, quin si-  
mul reum interrogat & confessionem ejus con-  
signat, officium autem judicis & actuarii longe di-  
versum & distinctum sit, videtur judicium sua inte-  
gritate non constare, nec judicem id quod sui officii  
est, facere. Arbitrium igitur optimum erit, si  
is rem ad Principem deferat, ut vel alteri, qui  
gnarus est istius linguae, causa committatur aut ad  
minimum ejus peritus adjungantur. Et hoc quidem  
tunc in primis faciendum est, quando reus ad articu-  
los inquisitionales respondere tenetur, siquidem ita-  
non tantum verba ipsa rei accurate annotari, sed etiam  
si qualitas responsoni annexitur, aliudve a reo ad  
sui defensionem profertur, exactius simul consignari  
*Conf. Carol. art. 184.* & nullitas processus evitari po-  
terit. Praxis etiam docuit, quod in certa quadam

causa, cum reus natione Gallus ignarus erat linguae germanice, interpres quidañi, præter Notarium linguae gallicæ peritum, adhiberetur, id quod quidem alienum ab arbitrio judicis regulato non est, si modo interpres simul juris sit peritus & linguam germanicam perfecte calleat, simulque iusflu Principis ad acta juramentum præstet.

## CAP. IX.

## §. I.

**S**æpius etiam hoc accidit, ut si rei torturæ subjici debant, vel etiam ad locum torturæ deducti & sub tormentis constitui, demum prætendant, ad deducendam innocentiam, vel avertendam torturam admitti, & eventualiter appellant, licet optime consci sint, se parum vel nihil deducturos esse, modo ut judici inquirenti molestias creent, & inquisitionem longius protrahant: hoc igitur in casu, quoniam defensio nemini deneganda, Jul. Clar. pract. crim. g. 49. n. 14. & propter interpositam appellationem judici manus sint ligatae, ut ulterius progreedi nequeat, judex omnimodo eo dispiciat, quomodo huic malitiæ occurrat, ne remedium appellationis, tanquam præsidium innocentia, ad defensionem iniquitatis adhibeatur. Optime autem judex arbitrabitur, si ita procedat, ut ante omnia ex reo, cui tortura est dictata, querat, an contra illam se defendere velit, vel non? sub hac comminatione, quod si jam nolit, vel tempus

tempus destinatum negligat, in posterum ad defendendum neutquam admitti, nec appellatio attendi debeat; & si contingere, ut reus abnuat, aut tempus negligat, tunc judici permisum est, non obstante appellatione interposita, in executione torturæ progre-  
di, cum reus sibi imputare debeat, quod beneficium defensionis & tempus neglexerit, atque sic reme-  
dio defensionis & appellationis tacite renunciaverit, cum quilibet beneficio pro se introducto renunciare possit. L. 41. ff. de minor. cap. 16. X. de regul. Et quam-  
vis Gutierrez. p. 1. de juram. confirm. cap. 16. n. 59. &  
Boer. decif. 2. n. 5. dicat, renunciari non posse legi prohibitive & juribus defensivis; nulla tamen hic o-  
currat prohibitio, quæ renunciationes interdicat, quin & distinguendum erit inter jus in thesi & hypothe-  
si, cum hic vel maxime causa publicæ utilitatis & sa-  
lutis concurrat: expedit enim Reipublicæ, ut mali-  
tius hominum occuratur & delicta puniantur L. 9. §.  
quod illicite. de publ. & vctigal. & insuper in crimi-  
nalibus appellatio locum non habet. Carpz. p. 3. pr.  
crim. q. 139. n. 19. & 20. Si autem reus semel se de-  
fenderit, & torturam aevitare non potuerit, nihil  
ominus adhuc se defendere veller, judicis tanquam  
boni viri arbitrio convenit, rationem personæ, causæ  
& momentorum defensionis habere, & arbitrari, an  
reο iterum concedenda sit defensio.

§. II. Sed quid si reus renuat, & se defendere noscit, alias tamen defensor se offerat, ante hic admittendus? admittendum esse, etiam reo renuen-  
te, dicant Doctores, Justus Zinzerling. de appell. n. 21.

foritan ex hac tatione, quod humanitatis habenda sit  
ratio, & alias judex ipsem teneat ex officio in rei  
innocentium inquirere, quamvis id non petat reus  
*l. 19. ff. de paenit.* Verum cum plerumque de ea de-  
fensione, quæ contra definitivam, & ita contra sup-  
plicium atque poenam petitur, Dd. loquuntur, uti  
ex ipsa allegata lege patet, non immerito judex ar-  
bitrabitur, an hujusmodi defensor contra torturam  
admittendus sit? nam etiam si is non intendat lucrum  
quærere, potest tamen propositum habere item pro-  
crastinandi, ut interim reum de interrogatoriis & tor-  
tura gradibus, qui sapient facile ab incutis judicibus  
explorari possunt, informet: huic malitia autem judex  
prudens ex suo arbitrio obviavit, si a defensore  
juramentum malitia exposcat, siquidem illud toties  
judex ex officio deferre potest, quoties suspicio est,  
aliquem differendæ litis causa malitiose quicquam-  
agere. Berlich. p. 1. *Concl. 17.* atque hoc ipso  
sapient processu & tergiversationi  
acquiritur

F I N I S.

THE-

BS (o) 58

## THESES REPETITÆ.

I.

Tortura non est contra jus naturale, divi-  
num & civile.

II.

Jus Torturam decernendi pertinet ad me-  
rum imperium.

III.

Causæ criminales non sunt delega-  
biles.

IV.

Probationes judicii sunt arbitrariæ.

V.

Constitutio Carolina statutis, consuetu-  
dinibus & privilegiis non derogat.

VI.

Torturam etiam die feriato execqui potest  
judex.

VII.

36 ( ) 56

VII.

Juribus defensivis renunciari potest.

VIII.

Judex in sola confessione rei non acquiescat, sed & de circumstantiis & aliis argumentis sollicitus sit.

IX.

Tortura non infamat, sed causa.

X.

Torturam non semper sequitur absolutio.



IV

**ULB Halle**  
003 330 850

3



*96.*



Farbkarte #13

B.I.G.

